



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Annales Mariani Societatis Iesv**

**Nádasi, János**

**Romæ, 1658**

Anno MDLVIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42840**

## ANNO MDL VIII.

132 Eluctata est è salebris tandem Societas : & quæ ab ultima Iulij die anni 1556. nullum haec tenus Præpositum Generalem habebat , hoc tandem anno 2. Iulij die Beatissimæ V. Visitantis ad id delecto , Jacobum Lainium elegit ; id quod P. Paschasius Broetus in hæc verba dixit , & scripsit : *Eligo, &c.* *Rome in ædibus Societatis Iesv ipso die Visitationis Beatissimæ Virginis . Est hic dies verè gloriosum festum , ut illum vocat Bonifacius IX. Pontifex, dum festum hoc ab Urbano VI. institutum confirmat . Nobis certè beneficus fuit hic dies , quippe qui Societati tam magnos dederit Generales Lainium, & postea B. Borgiam.*

P. Lay-  
nez die  
B. V. eli-  
gitur in  
Præp. Ge-  
ner.  
Visit. B. V  
in Bulla-  
rio.

133 Jacobus Sarabia hoc anno 1558. Valentia obiit felicem diem in peste contactorum fratrum obsequio domi nostræ . Hic per iter visis piratis , & præsentissimo periculo , sanctum , vt ille vocabat , rosarium arripuit , & fiduciæ plenus illis illud ostentans dixit : Magnâ. & perpetuâ illâ fiduciâ , quam semper in Beatissima Dei Matre hocce rosario piè culta habui, fretus , vestras minas nihil penitus pertimesco . Mirum ! Mauri , feri homines , ad hæc sola verba iter aliò auertere . Res celebris , & nota est è vita S. Dominici , rosarium , contra hostes , quibusdam pro scuto , igneoque gladio fuisse ; & hostes illo victos , fugatos quæ latè habet Alanus .

Rosario  
contra  
hostes  
vti .

134 Hoc anno 1558. ea quæ ad scalam vocatur Conimbricensi B. Virgine adiuuante P. Sebastianus Barradas, Societati Iesv nomen dedit. *Vias , inquit S. Ioannes Damascenus , vias quæ ad vitam deducunt ostende mihi !*

*Vid. Incit.*  
*Græc. nu.*  
19.  
*MS. fer. 3.*  
*ode 7.*

## ANNO MDLIX.

135 Domesticas de Societatis disciplina exhor-